



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.4. S. Martinus Dumiensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

illico captivi isti invocata S. Viri ope Sæculum VI.  
A. C. 561.  
liberati sunt, accedentes ad Reliquias  
Servatori suo gratias egerunt, & Episco-  
pus gratiam ipsis a Judice impetravit.  
Legati Galæciæ hac re vehementer de-  
lectati nec amplius dubitantes, quin tan-  
tus Patronus ipsis faveret, post felicem  
navigationis cursum in Patriam reversi  
sunt. Reliquiæ summa Veneratione ex-  
ceptæ, Regis filio recepta incolumitate  
obviam procedente. Rex unitatem Pa-  
tris, & Filii, & Spiritus S. confessus, cum  
tota Aula sacro Chrysmate unctus est. (\*)  
Lepra ab omnibus, plurimi enim de po-  
pulo hoc morbo laborabant, repente ab-  
cessit. Multa in nova S. Martini Eccle-  
sia patrata miracula, & tantus populi pro  
Religione Catholica zelus fuit, ut si occa-  
sio se præbuisset, Martyrium tolerasset.

Ita hanc Historiam Gregorius, qui  
postmodum elapsis ferme annis duode-  
cim Episcopus Turonensis fuit, refert.

## §. IV.

*S. Martinus Dumiensis.*

Conversio illa præprimis perfecta est o- Fort. L. V.  
carm. I.  
pera alterius S. Martini, quem Divi-  
A 5 na

(\*) Hæc Unctio Sacramentum Confirmatio-  
nis fuisse videtur, vel Supplementum Unctionis  
illius cum Chrysmate, quam Ariani in Baptismo  
omittebant.

Sæculum VI. na Providentia eodem tempore, quo  
 A.C. 562. Reliquiæ advectæ, in Galæciam misit. Is  
 Greg. V. etiam, sicut S. Martinus Turonensis in  
 hist. c. 31. Pannonia natus, cum profectioem in  
 Sid. de Illust. Orientem ad Loca Sacra suscepisset, do-  
 c. 35. ctissimis sui ævi viris accenseri meruit.  
 Id. Chr. Idem igitur Suevis Galæciæ Regulam Fi-  
 Suev. p. dei tradidit, Ecclesias Fidelium confirma-  
 vit, Monasteria fundavit, libros, quibus  
 ad Pietatem excitarentur, composuit, &  
 innumeras scripsit Epistolas, quibus Neo-  
 conversos ad omnium virtutum Exerci-  
 tium exhortabatur. S. Martinus inter  
 alia etiam condidit Monasterium Du-  
 miense, unde ipse cognomentum traxit.  
 In loco illo haud procul ab urbe Bracca-  
 ra posito opibus Regis adjutus Monacho-  
 rum Congregationem sub Regula S. Be-  
 v. Act. SS. nediicti instituit. Hinc ipse S. Regulæ  
 Ben. to. I. Benedictinæ in Hispanias dilatatæ Auctor  
 p. 261. celebratur.

Haud diu postea æra sexcentesima  
 septimo Cal. Jan. id est 26. Dec. anno 562.  
 Tom. 5. jubente Rege Theodemiro celebratum  
 Conc. p. 874. est Concilium in Civitate Augusto-Lu-  
 censi, ut Fides Catholica in Regno ejus  
 confirmaretur, & diversæ Causæ Eccle-  
 siasticæ definirentur. Postquam Episco-  
 pi omnia prius ab eis præstituta egissent,  
 Rex missis ad ipsos litteris exposuit, ni-  
 mis exiguum in Galæcia esse Episcopo-  
 rum numerum, ita ut reperirentur Eccle-  
 siæ,

fiæ, quas Episcopus singulis annis visita- Sæculum VI.  
re non posset; præterea rem magna dif- A. C. 563.  
ficultate laborare, ut, cum unicus sit Me-  
tropolita, Concilium singulis annis con-  
gregetur. Episcopi, ut huic malo me-  
derentur, Ecclesiam Augusto-Lucensem  
ad Sedis Metropolitanae Dignitatem, qua  
Braccarenfis jam ante gaudebat, evexe-  
runt. Novas quoque erexerunt Sedes  
Episcopales atque honor iste etiam Mo-  
nasterio Dumienfi obtigit. S. Martinus  
illius loci Abbas primus Episcopus fuit.  
Præterea uniuscujusque Diœcesis Paro-  
chiis limites posuerunt, ut Episcopis vi-  
cinis omnis litigandi occasio tolleretur.

## §. V.

*Concilium Braccarense.*

Anno sequente 563. tertio regnantis  
Ariamiri, qui idem Theodemirus fuis-  
se creditur, Concilium Braccaræ prima  
die Maji celebratum, cui adfuerunt E- to. 5. p. 856.  
piscopi octo, & inter alios Martinus. Is  
Episcopus Dumienfis fuisse conjicitur.  
Lucretius Archiepiscopus Braccarenfis  
Concilii Præses imprimis propofuit, Fi-  
dem contra Hæreticos præsertim contra  
superstitios aliquos Priscillianistas esse sta- Sup. lib.  
biliendam. Tum S. Leonis Epistolam XXVII.  
S. Turibio, & Episcopis Galæciæ missam, c. 10.  
illamque, quam Concilium quatuor Pro-  
vinciarum ad Balconium dederat, reci-  
tari